

Ad prestantissimum virum doctorē Andream
Helmut: Juris et eloquētie monarcham: prece-
ptorem suum in primis obseruādum: Sebastia-
ni Brant inter vtriusq; iuris doctores humilli-
mi. In tituloz iuris interpretationē prefatio.

Heret admiratione dignum ornatiss-
sime vir: totiusq; eloquētie et facundie columē ac
longe princeps: cur ego adolescens: nullius peri-
tie: aut artis bone gnarus: hanc mihi vsurpem p-
untiam: vt ausim: non modo de iuris principijs: sed & maxi-
me ad te virum omnium acutissimum scribere: cuius domi iu-
ra nascunt. Noctuas pfecto Athenas fero. Et vt apertius
loquar: balbucies ego: iudicari potius abs te: q̄ videri vo-
lui. Quā ob rem: cum te nouissem virum humanuz: ac pdo-
ctum: mihiq; fauētissimū: sumpsi animū: liberiusq; meas ad
te lusi pueriles ineptias. Cum enim nuper inter adiutoriu-
gregem: velut alter Tityrus (vt soleo) hoc est mercenarius:
legum titulos: seu mauius rubricas (totius iuris et legitime
scientie primordia et elementa) interpretarer: factū est: vt me
in consulto: ex mea lectione (ceu Tages ex glebula) opus in-
sperantur. Et for te suo nō indignū auctore: prupit. Quod
cum ego planius elimare: seu forte supflua: aut pperam po-
sita interlinire pperarem: impressorū importunitas (quib⁹
nihil satis festinatur) meam interuertit diligentiam. Quid
multa: contineri non potui equum lydū ad currendū accin-
ctū. acta res est vti vides. Tibi tamē viro celeberrimo (quē
haud ab re Aulum cassellum: vcl Bassalam: aut si pateris
Q. Sceuolam appellauero) tibi inquam hoc opus: quantu-
lūcunq; sit dedicare statui: vt et tibi pars cure: et lime labor
incumberet: teq; participem latratus (q̄ nobis minime de-
futurū scio) jessicerem. Latret igitur criticus quisquis volet
(modo nunq; latrare desinat) nostra enim ad euēru festinat
et in medium res. Tibi nominatim hoc opusculum dicatū:
emittere placuit. In qua interpretatione: multa quidē offia
et pluribus cognita: grata tamem et vtilia iuuenibus: repe-

res: nonnulla tamē que vel altius repetenda: vel copiosius
differenda fuerūt: strictim enarrauimus: ne magnitudo p̄n-
cipij: plus q̄ par est excreceret. Et ne epistole modum exce-
dam: Jam sine in loquendi facturus: paululum quippiam de
legalium titulorum laudibus annectam. que quidem sunt
prima cunabula et ciuilibus prudentie p̄exercitamenta. a sa-
cratissimis legumlatoribus deriuata: ac impiali splendorē il-
luminata. Ea est nobilis illa rerū d̄na: per q̄ reguntur oīa:
et sine qua factum est nihil. in aut. vt om. obe. iudi. puin. in
prin. coll. v. Ipsa est que neminē in paupertate viuere sinit ne
q̄ in anxietate mori. in aut. de here. et fal. in fi. coll. j. et ex q̄
caute agens nihil poterit damnificari. vt ibi Ipsa est sanctis-
sima ciuilibus sapientia q̄ precio nummario non est estimanda
l. j. ff. de var. et extraor. cog. Et est firmissima quo ad mūdū
insti. de re. diui. §. sancte. et sine ea orbis diu persistere nō pos-
set. in aut. habita L. ne fi. p̄ pa. per q̄ nō minus prouidetur
humano generi: q̄ si patria armis defenderetur. l. aduocati.
L. de aduo. diuer. iudi. Ipsa est q̄ nobilitat addiscētes. l. p̄-
uidendum. L. de postu. exhibet magistratus in p̄be. stini.
circa fi. ⁊ honores p̄ duplicat. c. venerabilis de p̄b. ⁊. c. de mul-
ta. et vt vera p̄ omnia fatear: suos p̄fessores p̄ orbem terrarū
facit gloriose principari eos q̄ immortalī gloria post exutū
hominem in celestibus afficit. Atq̄ vt vno omnia concluda-
mus verbo: Satius: ab satius peccator foret: omnino retice-
re: q̄ parum de eius laudibus loq̄: vt Seruius n̄ honoratus
de carthagine inquit. Tu tamē vir Jure consultissime: qui
totius patrie nostre oraculum existis: si quid minus q̄ opor-
teat: amplius ve q̄ deceat dixerimus: tua presentia: et repe-
ta lectione illustabis. **Uive Vale:** et superes longeuū nesto-
ris annos **Eloquij princeps Sceuola docte vale.** **Basilee ex
edib' n̄ris kalēdis maij. Anno 4Dillelmo. quigētesimo.**